DIN ARHIVELE VATICANULUI

Documente privitoare la episcopatele catolice din principate.

Făcând cercetări istorice în arhivele Vaticanului pe timpul şederei mele la Roma ca secretar al Legaţiunei române, — cercetări al căror rezultat sper să-l pot dà la lumină mai târziu, — m'am gândit că ar puteà fi de oarecare interes să se publice şi documentele utilizate de *Eubel* în a sa *Hierarchia catholica medii aevi*, privitoare la episcopatele catolice în principate.

Publicarea lor în extenso, deşi nu aduc multe lumini noui, pune însă la dispoziţia cercetătorilor documentele chiar pe care Eubel s'a întemeiat şi fixează sau îndreptează unele date. De aceea şi Monseniorul Netzhammer, arhiepiscop catolic de Bucureşti, a avut bunavoinţă de a încuviinţà tipărirea lor în *Revista Catolică*.

Părintele Auner, atât de adânc cunoscător în materie, căruia aduc aci călduroasele mele mulţumiri, a revăzut materialul şi l-a adnotat. D-sa a găsit nimerită şi publicarea unor documente dejà tipărite în alte colecţiuni puţin accesibile sau în cari ar scăpà uşor din vederea cercetătorului.

I. C. Filitti

Iunie, 1913.

I.

1353 Februarie 12. Papa Inocenţie VI numeşte pe dominicanul Bernard episcop de Milcov[1]).

Arhivele Vaticane. Reg. Vatican. 244. (Innoc. VI.) Fol. 122. Milchoviens.

Venerabili fratri Bernardo episcopo Milchoviensi salutem etc.

Ecclesiarum omnium regimini disponente Domino licet immeriti presidentes continua pulsamur et excitamur instantia circa earum statum prosperum dirigendum, et in eo mens nostra spiritualiter vigilare tenetur ut ecclesiis que viduitatis incommoda deplorare noscuntur, tales pastores preficere studeamus ex quorum gubernatione provida ecclesie ipse, operante illo qui pastorum dinoscitur dux et pastor votive prosperitatis gratulentur successibus et incrementis multimodis efferantur. Dudum siquidem ecclesia Milchoviensis per obitum bone memorie ultimi episcopi Milchoviensis qui in partibus illis diem clausit extremum destituta pastore, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, dispendiis que solent ecclesiis ex vacatione diuturna imminere obviare volentes, et ad ipsius ecclesie provisionem celerem et felicem paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te ordinis fratrum predicatorum professorem in sacerdotio constitutum cui de religionis zelo litterarum sciencia, morum honestate, vite mundicia aliisque donis virtutum apud nos

1) Document utilizat de C. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi, 2 volume, Monasterii 1898 şi 1901, vol. I. pag. 355.

fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris, ob predictorum exigentiam meritorum accepta, ipsi ecclesie de fratrum predictorum nostrorum consilio auctoritate apostolica providimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius Milchoviensis eclesie tibi in spiritualibus plenarie committendo, ac deinde per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum episcopum Tusculanum tibi facimus apud sedem apostolicam munus consecrationis impendi, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod eadem ecclesia per tue circumspectionis industriam et providentiam circumspectam sub tuo felici regimine, dextera Domini tibi assistente propitia salubriter et prospere dirigetur et grata suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus ad dictam Milchoviensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ipsa Milchoviensis ecclesia per tue circumspectionis ministerium votivis jugiter proficiat commodis et succesibus prosperis augeatur, tuque proinde eterne retributionis premium et bonivolencie nostre gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione II. Idus Februarii. Anno Primo.

In eodem modo...[1])

In eodem[2]) dilectis filiis clero civitatis et diocesis Milchoviensis... (omissis formulis) In eodem modo Archiepiscopo Colocensi... In eodem modo... Ludovico regi Ungarie illustri... Datum ut supra.

---

1) Lipsesc formulele obişnuite, cari sau nu au fost scrise, sau sunt şterse de umezeală. Dar de desupt, după un spaţiu ce l-ar fi ocupat o altă bulă, se citesc cele ce urmează.

2) Lipseşte: modo.

II.

1353 Aprilie 16. Episcopul Bernard al Milcovului se scutește de anate.

Arhivele Vaticane, Obligationes 22. Fol. I. 40 (CLXXVIII)

(La marg): Liberatio ecclesie Milchoviensis.
Dicta die (16 aprilis anni 1353) Dominus . . . (sic) electus Milchoviensis in provincia Colocensi fuit a prestatione servitii propter paupertatem liberatus.

III.

1364 Mai 29. Papa Urban V numește pe dominicanul Albert de Usk[1]) episcop de Milcov în urma vacanței ivite prin transferarea lui Bernard la episcopia de Plock în Polonia.

Arhivele Vaticane. Reg. Avinion. Urb. V. tom. VII. an. 2. p. I. fol. 117. Milchovien.

Dilecto filio Alberto de Usk electo Milchoviensi salutem etc.

Inter solicitudines varias quibus assidue premimur illa potissime pulsat et excitat mentem nostram ut status ecclesiarum omnium cure nostre divina providentia commissarum spiritualiter et temporaliter augeatur quodque illis que suis destitute pastoribus vacationis incommoda deplorare noscuntur, tales ministros preficere studeamus per quorum regimen ecclesie ipse utiliter et salubriter valeant gubernari. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius papa VI. predecessor noster provisiones omnium ecclesiarum Cathedralium tunc apud sedem apostolicam vacantium et imposterum vacaturarum ordinationi et dispo-

1) C. Eubel, Hierarchia, vol. I. pag. 355, admite și citirea: Usti.

sitioni sue reservavit decernens ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero ecclesia Milcoviensis ex eo pastoris solacio destituta quod idem predecessor venerabilem fratrem nostrum Bernardum olim Plocensem nunc Milcoviensem[1]) episcopum apud sedem predictam constitutum a vinculo quo eidem Milcoviensi ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum suorum sancte romane ecclesie cardinalium consilio et apostolice potestatis plenitudine absolvens, ipsum ad Plocensem ecclesiam tunc vacantem transtulit preficiendo eum eidem Plocensi ecclesie in episcopum et pastorem. Dictoque predecessore postmodum per eum dicte Milcoviensi ecclesie non proviso, sicut Domino placuit sublato de medio, Nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius Milcoviensis ecclesie celerem et felicem de quo nullus preter Romanum pontificem hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne dicta Milcoviensis ecclesia ulterioris vacationis detrimenta subiret, paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie Milcoviensi personam utilem et eciam fructuosam cum nostris fratribus habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum predicatorum professorem penitenciarum nostrum in presbiteratus ordine constitutum cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite ac morum honestate aliisque multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditacione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigenciam meritorum accepta, prefate ecclesie Milcoviensi de dictorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi

1) Acest: *nunc Milcoviensem* n'are înţeles, căci Bernard murise înainte de 26 Mai 1363. C. Eubel, Hierarchia vol. I. pag. 423.

preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Milcoviensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dextera Domini tibi assistente propicia, prefata Milcoviensis ecclesia sub tuo felici regimine prospere dirigetur et grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ipsa Milcoviensis ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter eterne retributionis premium bonivolencie nostre ac sedis predicte benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione IIII Kalendas Iunii Anno secundo.

In eodem modo (super eodem electo) Capitulo Ecclesie Milcoviensis... Clero Civitatis et diocesis Milcoviensis... Populo Civitatis et diocesis Milcov... Archiepiscopo Colocensi (tamquam suffraganeo) prefatum Albertum electum Milcoviensem commendat etc. Dat. ut supra.

IV.

1378 Ian. 28. Papa Gregorie XI. confirmă decretul lui Ilie Petit, vicarul general al misionarilor dominicani, care rezervase acestora în mod special 6 mănăstiri în Galiţia şi Moldova, între altele cea din Seret.

Arhivele Vaticane. Gregor. XI. Reg. Vat. No. 287. f. 278.

Ad perpetuam rei memoriam. Fidei orthodoxe propagationem et animarum salutem super cuncta desiderabilia cupientes, hiis [que] pro huiusmodi propagatione et salute provide ab aliis facta sunt, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte dilec-

torum filiorum Helie Petiti, Ordinis fratrum Predicatorum professoris, societatis fratrum eiusdem ordinis inter gentes peregrinantium propter Christum vicarii generalis, et nonnullorum fratrum ipsius societatis. nobis nuper exhibita continebat, quod dilectus filius Helias eiusdem Ordinis professor et magister generalis, zelans dictorum fidei et ordinis dilatationem, per suas certi tenoris litteras voluit et declaravit Lamburgen. Camicen. Sunatricen. Pansuten· Premicellen. et Cerethen.[1]) conventus prefati ordinis, in Ruschie et Valachie partibus consistentes, ad societatem dictorum fratrum peregrinantium specialiter pertinere, prout in ipsis litteris plenius continetur. Quare pro parte vicarii et fratrum predictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut voluntatem ac declarationem dicti magistri ratas et gratas habere, easque auctoritate apostolica confirmare de benignitate solita dignaremur. Nos itaque, ut prefertur, fidei catholice ampliationem et animarum salutem ab intimis affectantes, huiusmodi supplicationibus inclinati voluntatem et declarationem huiusmodi ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc. presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... et nostre confirmationis infringere etc. Dat. Rome apud sanctum Petrum V. Kal. Februarii anno octavo.

V.

1390 Aug. 4. Papa Clemente V. ordonă să se facă cercetări, dacă franciscanul Anton de Manso e

1) A. Bzovius, Propago D. Hyacinthi, Venetiis 1606, pag. 23, zice că aceste mănăstiri sunt: *a Provincia Poloniae, Leopolien. Camenecen. et Smotricen. a Provincia Hungariae Cereten. Pansuten. et Primicellen.* Mai adaugă încă 4 mănăstiri din Grecia. Pansuten. e greu de identificat. Cât pentru Premicellen. care seamănă atât de mult cu Przemysl sau Przemyslany, anevoe va fi atârnat de provincia ungară a dominicanilor.

vrednic să fie episcop de Vidin; iar în caz afirmativ să fie promovat la acest scaun, rămas vacant prin moartea lui Oliveriu, şi neocupat de dominicanul Ioan Regis, care refuzase numirea[1].

Arhivele Vaticane. Reg. Aven. 261. Clemens VII. An. XII. Part. II. tom. 57 fol. 99.

Venerabili fratri Joanni episcopo Tusculano salutem et apostolicam benedictionem. Inter solicitudines varias quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram ut universi orbis ecclesiis pastoris solacio destitutis ne in spiritualibus et temporalibus detrimenta[2]) de salubris provisionis remedio consulatur. Dudum siquidem bone memorie Oliverio episcopo Budinen. regimini ecclesie Budinen. presidente nos cupientes eidem ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providenciam utilem et idoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam.... et deinde prefata ecclesia per obitum dicti Oliverii episcopi qui extra romanam curiam decessit pastoris solacio destituta tu habens a nobis super hoc speciale (sic) per nostras literas potestatem, de persona dilecti filii Joannis regis ordinis fratrum predicatorum professoris magistri in theologia eidem ecclesie sic vacanti auctoritate apostolica providisti ipsumque illi preficisti in episcopum et pastorem. Qui quidem Joannes huiusmodi provisioni et prefectioni consensum prebere recusavit et eas prosequi non curavit neque curat. Cum autem prefata ecclesia adhuc per obitum dicti Oliverii vacare noscatur nullusque preter nos hac vice de ipsius provisione disponere potuerit neque possit reservatione et de-

---

1) Document utilizat de Eubel. Hierarchia, vol. I. pag. 139. El se publică aci din cauza vecinătăţii Vidinului cu Ţara românească.

2) Lipseşte: patiantur.

creto obsistentibus supradictis, nos cupientes eidem ecclesie ne longe vacationis exponatur incommodis de persona idonea celeriter providere sperantesque quod dilectus filius Antonius de Manso ordinis fratrum minorum professor baccallaureus in theologia penitenciarius noster in urbe ad regimen et administrationem ipsius utilis et idoneus existeret ac de eiusdem Anthonii sufficiencia et idoneitate certam noticiam non habentes fraternitati tue de qua in iis et aliis plenam in domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus de sufficiencia et idoneitate ipsius Anthonii qui apud nos de religionis zelo vite mundicia spiritualium providencia et temporalium circumspeccione ac aliis virtutum meritis multipliciter commendatur auctoritate nostra diligencius te informes et si per informationem eiusmodi ipsum Anthonium ad regimen et administrationem ipsius ecclesie utilem et idoneum esse reppereris super quo tuam conscientiam oneramus de persona eiusdem Anthonii eidem ecclesie predicta auctoritate provideas ipsumque illi preficias in episcopum et pastorem curam et administrationem eiusdem ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac ei facias a suis subditis obedienciam et reverentiam debitas exhiberi.... Et insuper eidem Anthonio si de persona ipsius eidem ecclesie per te provideri contingat munus consecrationis impendas vel per aliquem catholicum antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem assistentibus tibi vel eidem antistiti duobus vel tribus aliis catholicis episcopis similes gratiam et communionem habentibus impendi facias et procures.

Volumus autem quod tu vel idem antistes qui eidem Anthonio prefatum munus impendes vel impendet ab eo nostro et ecclesie romane nomine fidelitatis debite solitum recipias seu recipiat juramentum juxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam jura-

menti quod idem Anthonius prestabit nobis de verbo ad verbum per ipsius patentes literas suo sigillo sigillatas per proprium nuncium procures seu idem antistes procuret quantocius destinare. Per hoc autem venerabili fratri nostro episcopo Proschlavien. [1]) cui ecclesia ipsa metropolitico iure subesse dinoscitur nullum volumus imposterum preiudicium generari.

Datum Avinione secundo nonas Augusti pontificatus nostri anno duodecimo.

Expedita secundo kalendas Septembrîs anno XII. R. de Valle.

Tradita IV kal. Septembris anno XII. K. Monachi.

VI.

1394 Martie 9. Papa Bonifaciu IX. numeşte pe George, din ordul eremiţilor sf. Augustin, episcop de Argeş, scaunul fiind vacant prin moartea lui Nicolae [2]).

Archivele Vaticanului Reg. Lateran. 82. (Bonif. IX. an. 1400) fol. 247'

Bonifacius etc. Dilecto filio Georgio electo Ergen. salutem etc. [3])

---

1) Prosthlaven. E Preslav de astăzi din Bulgaria, vechea Marcianopolis. După despărţirea Bisericilor Scaunul papal a recunoscut sub titlu de Presthlavien. numai pe Sava la a. 1204. Eubel l. c. pag. 430. Prin urmare fraza de sus este o formulă de cancelarie. Arhiepiscopatul latin de Marcianopolis s'a înfiinţat la a. 1643, numindu-se ca titular cunoscutul Bandini.

2) Document utilizat de Eubel, Hierarhia, vol. I. pag. 105. Nicolae Antonii a fost primul episcop de Argeş numit la 9 Mai 1381. Cfr. Dr. G. Erler, Der Liber Cancellariae Apostolicae vom J. 1380. Leipzig 1888. pag. 26.

3) In reg. se repetă: Georgio.

Divina favente clemencia cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in apostolice sedis specula licet immeriti constituti ad universi orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo, apostolici favoris auxilium adhibemus sed de illis propensius cogitare nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur ut eis juxta cor nostrum pastores preficiantur ydoney qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informent ut bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem, bone memorie Nicolao episcopo Ergen. regimini ecclesie Ergen. presidente, nos cupientes ipsi ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi, et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quosquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Postmodum vero predicta ecclesia per obitum ipsius Nicolai episcopi qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacante, Nos vacatione hujusmodi fidedignis rellatibus (sic) intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradicitis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis attendentes post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam hujusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini professorem in sacerdotio constitutum religionis zello (sic) conspicuum, litterarum scientia preditum vite ac morum honestate decorum in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et aliis multiplicium virtutum meritis prout ex fidedignorum testi-

moniiis percepimus insignitum direximus ocullos (sic) nostre mentis, quibus omnibus attenta meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in Episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus tuos prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur, utiliter et prospere dirigetur, et grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod quam primum presentes litteras habueris expeditas ad ecclesiam ipsam accedas et personaliter resideas in eadem, quodque pontificalia extra civitatem et diocesim ergen. exercere non possis. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictas sic exercere studeas fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter externe retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Septimo Idus Marcii. Anno Quinto.

De Mandato Iac (obus) de Ieramo.

VII.

1394 Iunie 8. Papa Bonifaciu IX. numește pe dominicanul Ștefan Martini episcop de Seret, scaunul fiind vacant prin moartea lui Ioan [1]).

1) Acest document e publicat în Bullarium Ordinis Praedicatorum ed. Bremond, vol. II, Roma 1730, pag. 344 și ca notă în S. Baracz, Rys dziejow zak. kaznodz. w Polsce, vol. II. Lemberg. 1861, pag. 39. Dar fiindcă aceste opere sunt rare și greu accesibile, actul se publică și în colecția de față.

Arhivele Vaticane. Reg. Later. 33. Bonif. IX. an. V. Fol. 170. (Cereten).

Bonifacius etc. Dilecto filio Stephano Martini electo Cerethensi salutem etc. Divina disponente clemencia, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in apostolice sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis propensius cogitare nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis juxta cor nostrum pastores preficiantur ydonei qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informent, ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem bone memorie Iohanne episcopo Ceretensi regimini ecclesie Ceretensis presidente, Nos cupientes ipsi ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia, per obitum ipsius Iohannis episcopi qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos, hac vice, se intromittere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum predicatorum professorem in sacerdotio constitutum religionis zelo conspicuum, litterarum scientia preditum vite ac honestate, decorum in spiritualibus pro-

vidum et temporalibus circumspectum et aliis multiplicium virtutum meritis, prout ex fidedignorum testimoniis accepimus insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. . . Volumus autem ut quam primum presentes literas habueris expeditas, ad ecclesiam ipsam accedas et resideas personaliter in eadem quodque pontificalia officia extra tuam Civitatem et diocesim Cerethensem nequeas exercere. Iugum igitur domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum Sexto Idus Iunii Anno Quinto.

VIII.

1396 Oct. 2. Andrei episcopul Argeşului se scuteşte de contribuţia unui an [1]).

Arhivele Vaticane. Obligationes. 48 Fol. 191 (CLXXI) verso.

Anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto quarta indictione anno septimo (Bonifacii IX).

Anno portificatu loco et indictione predictis die lune secunda mensis octobris coram et presentibus quibus supra Rev. Pater dominus Andreas episcopus Argensis in Valachia fuit hac vice dumtaxat a prestatione sui communis servicii liberatus propter paupertatem.

1) Document utilizat de Eubel, Hierarh'a, vol. I. pag. 105.

IX.

1399 Aprilie 23. Papa Bonifaciu IX. îngădue lui Francisc, episcop ales de Argeș, să poată fi hirotonit de oricare episcop supus Sf. Scaun [1].

Arhivele Vaticane. Reg. Lat. 69. Fol. 134 v.

Bonifatius etc. Delicto filio Francisco electo Argen. salutem etc. Cum nos pridem ecclesie Argen. pastoris regimine destitute de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum preficiendo te illi in episcopum et pastorem prout in nostris inde confectis literis plenius continetur, nos ad ea que ad tue commoditatis augmentum tandem valeant favorabiliter intendentes tuis supplicationibus inclinati tibi ut a quocumque malueris catholico antistite gratiam et communionem apostolice sedis habente ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis similem gratiam et communionem habentibus munus consecrationis recipere valeas ac eidem antistiti ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem quod idem antistes qui tibi prefatum munus impendet postquam illud tibi impenderit a te nostre et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum solitum (sic) recipiat juramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam iuramenti quod tu prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare procures. Quodque per hoc honorabili fratri nostro archiepiscopo Colocen. cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur nullum imposterum preiudicium generetur. Datum Rome apud Sanctum Petrum nono kalendas Maii anno decimo. N. XII. de Benevento.

1) Document utilizat de Eubel, Hierarchia, vol. I, pag. 105 nota 2 la Argen.

X.

Fără dată, probabil 1399 apr. 23. Francisc de S. Leonardo e numit episcop de Argeş, scaunul fiind vacant prin moartea predecesorului.

Indice 478, fol. 144 v.

Franciscus de S. Leonardo fit episcopus Argen per obitum. AB. Bonif 9. VII. 10 p. 87 [1]).

XI.

1399 Mai 12. Francisc, episcop de Argeş, e scutit de contribuţia primului an [2]).

Arhivele Vaticane. Obligationes 52. Fol. 114.

Anno pontificatu, loco indictione et die predictis ac presentibus predictis (anno 1399, pontificatus Bonifacii PP. IX anno X. die vero XII. Maii in officio camerariatus indictione VII). Rev. Pater Dominus Franciscus Episcopus Argen. in Valachia fuit hac vice dumtaxat a prestatione sui communis servitii liberatus propter paupertatem.

XII.

1402 Februarie 20. Papa Bonifaciu IX. numeşte pe canonicul Georg Iohannis din Pécs (Cinci Biserici) episcop de Argeş, scaunul fiind vacant prin moartea lui Ioan [3]).

1) Citaţia se referă la un registru perdut din Seria Laterană.

2) Document utilizat de Eubel, Hierarchia, vol. I. pag. 105.

3) Documentul se publică şi aici, cu toate că se află dejà în Monumenta Vaticana Hungariae, Seria I. tom. 4, Budapesta 1899, pag 410, colecţie foarte voluminoasă şi de aceea greu accesibilă.

Arhivele Vaticane. Reg. Lateran. 103. Bonif. IX. Fol. 153.

Bonifacius etc. Dilecto fillio Georgio Iohannis electo Argen. salutem etc.

Apostolatus officium quamquam immeritis (nobis) ex alto commissum quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur et solertes et cum de ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores preficere studeamus (sic) qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, dante Domino salubriter regere et solicite gubernare. Dudum siquidem bone memorie Iohanne Argen. regimini Argen. ecclesie presidente nos cupientes eidem ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam preficere personam, provisionem hujusmodi ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta Argen. ecclesia per obitum dicti Iohannis episcopi qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacante nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius Argen. ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Georgium tunc canonicum ecclesie Quinqueecclesiensis in sacerdotio constitutum litterarum scientia preditum vite ac morum honestate deco-

rum in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et aliis multiplicium donis virtutum prout ex fidedignorum testimoniis accepimus insignitum direximus oculos nostre mentis quibus omnibus attenta meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum exigenciam meritorum accepta, eidem ecclesie Argen. de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Argen. tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus tuos prefata ecclesia Argen. per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia Argen. gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam tuque proinde preter eterne retributionis premium, nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam consequi uberius merearis. Volumus autem quod postquam presentes litteras habeas expeditas ad prefatam ecclesiam Argen. te transferas et resideas personaliter in eadem quodque pontificalia extra civitatem et diocesim Argen. minime valeas exercere.

Datum Rome apud Sanctum Petrum. Decimo Kalendas Martii. Anno Tercio decimo.

XIII.

1411 Februarie 26. Papa Ioan XXIII. ordonă ca George, episcopul de Argeş, să fie învestit cu

un canonicat şi nişte prebende vacante din biserica Grugh (?) în eparhia de Pécs (Cinci Biserici), de oarece episcopia de Argeş nu-i produce nici un venit, iar el îndeplineşte funcţiunile episcopale în prezisa eparhie.

Arhivele Vaticane. Reg. Lateran. 145. Iohann. XXIII. Fol. 202, verso (Argens.)

Iohannes etc. Venerabili fratri episcopo Auriensi, et dilectis filiis abbati monasterii sancte Trinitatis ac proposito ecclesie de Grugh Quinqueecclesiis (sic) diocesis salutem etc.

Personam venerabilis fratris nostri Georgii episcopi Argen. nobis et apostolice sedi devotam suis exigentibus meritis paterna diligentia prosequentes, illa sibi libenter concedimus que suis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque, sicut accepimus canonicatus et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis quos quondam Benedictus Pauli ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat per ipsius Benedicti obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacaverint et vacent ad presens, nos prefato Georgio episcopo qui ut asserit de ecclesia sua Argen. que inter infideles constituta existit nullos fructus percipit, et in civitate ac diocesi Quinqueecclesien. pontificalia per nonnulla tempora exercuit prout de presenti exercet, et cui dudum fructus redditus et proventus dictorum canonicatus et prebende tunc vacantium per capitulum dicte ecclesie Quinqueecclesiensis in ipsius episcopi subsidium et ne in pontificalis dignitatis obprobrium mendicare cogeretur fuerunt ministrati prout etiam ministrantur de presenti de subventionis auxilio providere volentes, ipsumque premissorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum pe · vos vel

alium seu alios canonicatum et prebendam predictas, quorum fructus redditus et proventus prefati quindecim marcharum argenti secundum communem extimationem valorem annuum, ut idem episcopus asserit non excedunt, sive ut premittitur sive alias quovis modo aut alterius cujuscunque persona vacent etiam si tanto tempore vacaverint quod earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta vel ipsi canonicatus et prebenda dispositioni apostolice reservati existant dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinenciis suis eidem Georgio episcopo per eum quoad vixerit tenendos possidendos et eciam gubernandos auctoritate nostra commendare curetis, ita quod hujusmodi commenda durante dictus episcopus de hujusmodi fructibus redditibus et proventibus predictorum canonicatus et prebende debitis eorum supportatis oneribus disponere et ordinare valeat sicut illos pro tempore obtinentes de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium ad dictos canonicatum et prebendam pertinencium sibi penitus interdicta. Inducentes eundem Georgium episcopum vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende juriumque et pertinentiarum predictorum eadem auctoritate et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac facientes sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus redditibus proventis juribus et obventionibus universis integre respondere. Contradictores auctoritate nostra etc. Non obstantibus quibuscunque (ommissis ad brevitatem etc. solitis formulis) Datum Bononie Quarto Kalendas Martii. Anno primo.

XIV.

1413 Martii 5. Papa Ioan XXIII. numeşte pe Nicolae Venatoris, din ordinul sf. Pavel eremitul, episcop de Siret, scaunul fiind vacant prin moartea lui Ştefan [1]).

Arhivele Vaticane. Reg. Later. 162 Fol. 272. (Iohann. PP. XXIII).

Iohannes etc. Dilecto filio Nicolao Venatoris electo Ceretensi salutem etc.

Divina disponente clementia cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in apostolice sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus: sed de illis propensius cogitare nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis juxta cor nostrum pastores preficiantur ydonei qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam, et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informent, ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utilius sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem bone memorie Stephano episcopo Ceretensi regimini Ceretensis ecclesie presidente nos cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Sedis predicte providenciam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum

1) Document utilizat de Eubel. Hierarchia, vol. I. pag. 189.

pisius Stephani episcopi qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacante, nos vacatione intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem; demum ad te, ordinis sancti Pauli primi Heremite professorem in sacra theologia magistrum et in sacerdotio constitutum religionis zelo conspicuum litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et in aliis multiplicium virtutum donis, prout fidedignorum testimoniis perspicimus insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus tuos prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod quamprimum presentes litteras habueris expeditas ad ecclesiam ipsam accedas et personaliter resideas in eadem, quodque pontificalia officia extra civitatem et diocesim Cereten. nequeas exercere. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictas sic exercere studeas fideliter et prudenter, quod ipsa ecclesia gubernatori provido et

fructuoso administratori gaudeat se commissam, teque preter eterne retributionis premium, nostram et sedis predicte benevolenciam et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Tertio Nonas Marcii Anno Tercio.

XV.

1413 Iulii 31. Papa Ioan XXIII. numeşte pe dominicanul Toma Grueber episcop de Seret, scaunul fiind vacant prin moartea lui Ioan din Polonia [1]).

Arhivele Vaticane. Reg. Lateran. 174. Fol. 139. (Iohan. PP. 23).

Iohannes etc. Dilecto filio Thome Grueber electo Czeretensi salutem etc.

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes sollicitii reddimur et solertes ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores preficere studeamus qui commissum sibi gregem Dominicum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, duce Domino, salubriter regere et fideliter guvernare. Dudum siquidem provisiones omnium cathedralium ecclesiarum tunc apud sedem apostolicam vacantium et in antea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decernimus ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque

1) Document utilizat de Eubel, Hierarchia. vol. I. pag. 189. El admite citirea: „Erneber (Grueber ?)".

quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret atemptari.. Postmodum vero ecclesia Czeretensi (sic) per obitum quondam Iohannis de Polonia ipsius ecclesie episcopi qui nuper extra dictam curiam debitum nature persolvit apud sedem ipsam vacante, Nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa prolixe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum predicatorum professorem de [1]) religionis zelo, litterarum scientia vite mundicia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Czeretensi ecclesie de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus teque illi... [2])

Datum apud Sanctum Antonium extra muros Florentin. Secundo Kalendas Augusti Anno Quarto.

XVI.

1413 Augusti 7. Papa Ioan XXIII. însărcinează pe episcopul de Kamieniec (Camenița) în Podolia, să cerceteze dacă ar fi oportun ca, după cererea regelui Vladislav și a reginei Ana a Poloniei,

1) Lipsește: cujus.

2) Pentru prescurtare s'au omis formulele obicinuite.

să se înfiinţeze o episcopie catolică în „civitas Moldaviensis“ (oraşul Baia), unde există deja o biserică catolică închinată Sf. Treimi şi clădită de câţiva catolici, şi unde îşi are reşedinţa un mitropolit de rit grecesc. Dacă episcopul prezis va găsi propunerea prielnică, atunci să numească, în locul papii, de episcop „Moldaviensis“ pe dominicanul Ioan de Ryza, recomandat de suveranii poloni, şi să îngrijească de hirotonirea lui [1].

Arhivele Vaticane. Reg. Lateran. Iohan. XXIII. 173. Fol. 55.

Iohannes etc. Venerabili episcopo Camenetensi Salutem etc.

Romanus Pontifex beati Petri celestis regni clavigeri successor et vicarius Iesu Christi cuncta mundi climata omnesque nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutit et examinat diligenter, et ex officii debito salutem querens et appetens singulorum superna suffultus potentia illa suadentibus rationabilibus causis perpensa deliberatione salubriter ordinat et disponit que grata divine majestati fore considerat, et per que oves sibi divinitus creditas ad unicum Dominicum ovile reducat et perinde acquirat eis felicitatis eterne premium et veniam impetret animabus, que siquidem auctore Domino certius et clarius credimus provenire cum veritas catholice fidei ad laudem et gloriam divini nominis dilatatur. Sane nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis et carissime in Christo filie nostre Anne regine Polonie illustrium nobis fuit expositum quod in minori Walachia in civitate Moldaviensi que sic a

1) Acest document foarte important a fost publicat mai întâi de C. Eubel în *Römische Quartalschrift*, anul 1903, Roma, pag. 189 urm.

patria Moldaviensi in qua consistit et caput est ipsius patrie nuncupatur, et in qua quidem civitate pro majori parte habitant scismatici et infideles est quidam locus cum ecclesia in eo sub vocabulo Sancte Trinitatis olim per quosdam catholicos constructa. Qui quidem locus populosus et honestus et ecclesia apta evidenter existunt ad hoc quod ipsa ecclesia in cathedralem erigatur, quia ex ipsa ecclesia si fieret magnus profectus animarum christianorum qui in civitate atque patria commorantur incunctanter sequi posset, multi etiam prout speratur predictorum scismaticorum et infidelium pristinis eorum dimissis erroribus ad fidem catholicam converterentur, sicque fides ipsa dilataretur et propagaretur, nec non etiam divinus cultus cresceret pro tempore in illis partibus.

Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, etiam in eadem civitate sit Metropolis Moldaviensis appellata et illi preese consuevit pro tempore et presit Metropolitanus natione Grecus et juxta ritus grecorum regens clerum et populum sibi subjectos, videlicet ipsos scismaticos habitantes in civitate et patria memoratis, pro parte regis et regine predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut eandem ecclesiam in cathedralem erigere et ibidem ali quem catholicum antistitem deputare, nec non alia in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui de premissis certam notitiam non habemus, quique hujusmodi cultum divini nominis, et eandem fidem nostris temporibus adaugeri intensis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus de premissis et eorum qualitatibus universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi tibi constiterit quod locus et ecclesia hujusmodi in cathedralem erigantur, et eidem ecclesie preficiatur aliquis in episcopum et pastorem, lo-

cum in civitatem, et ecclesiam prefatos in cathedralem auctoritate nostra erigas, que etiam civitas et ecclesia metropolitana perpetuis futuris temporibus nuncupetur, nec non omnia alia et singula disponas facias et ordines eadem auctoritate que in premissis et circa ea videris quomodolibet expedire. Quibus sic per te rite peractis de persona dilecti filii Iohannis de Ryza ordinis fratrum predicatorum professoris vicarii vicegerentis generalis societatis peregrinantium pro Christi nomine in partibus antedictis, cui de religionis zelo litterarum scientia vite munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, et pro quo etiam ipse rex et regina nobis super hoc humiliter supplicarunt predicte ecclesie si et postquam in cathedralem erecta fuerit ut prefertur, auctoritate predicta provideas ipsumque illi preficias in episcopum et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, et nichilominus si predictum Iohannem eidem ecclesie in episcopum per te prefici contigerit ut prefertur, ipsi Iohanni per te vel alium catholicum episcopum gratiam et communionem sedis apostolice habentem ascitis et in hoc assissentibus duobus aut tribus catholicis antistitibus similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis impendas aut impendi facias et procures, sibique a suis subditis obedientiam et reverentiam debitas exhibere.

Volumus autem quod ecclesia et civitas hujusmodi si et postquam eas erexeris et episcopus Moldaviensis existens pro tempore ac ejus clerus et populus metropolico jure subsint pro tempore Archiepiscopo Halitien. alias Lamburgensi vocato ipseque nova ecclesia et civitas de provincia et suffraganea ecclesie Haliciensis seu Lamburgensis in omnibus et per omnia sint prout alie ecclesie

cathedrales de ipsa provincia de consuetudine vel de jure subsunt archiepiscopo et ecclesie Halitiensi antedictis. Contradictore per censuram ecclesiasticam etc. Volumus autem quod tu vel idem Antistes qui prefato Iohanni hujusmodi munus impendent, ab eodem Iohanne nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recepias vel recip at juramentum juxta formam quam sub bulla nostra tibi mittimus interclusam, ac formam juramenti quod idem Iohannes prestabit, nobis de verbo ad verbum per ipsius Iohannis patentibus litteris sub sigillo suo signatis per proprium ejus nuntium quantocius destinare procures. Datum apud Sanctum Antonium extra muros Florentie Septimo Idus Augusti Anno Quarto.

(„Franciscus de Mandato de Agello").

(Va urmà)